

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4998

Auteur(s) : Richard le Couturler [particulier]

Bénéficiaire(s) : Hylaïre, Léry (prêtre)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1289, 15 janvier

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Richard le Couturler prend en fief de maître Hylaïre, ancien curé de Léry, une pièce de vigne sise audit lien.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Andrieux Jules, *Cartulaire de l'abbaye royale de Notre-Dame de Bon-Port de l'ordre de Cîteaux au diocèse d'Évreux*, Évreux, Hérissé, 1862, n° CCCXXXV, p. 347-348.

Texte établi d'après a

Noverint universi, presentes litteras inspecturi, quod ego Ricardus dictus Le Costur[ier] cepi in feodo et hereditario a magistro Hylario, condam rectore ecclesie de Ler[iaco], unam petiam vinee quam idem magister Hylarius habebat apud Ler[iacum], videlicet inter vineam monachorum Boni Portus, ex una parte, et vineam Thome Germani ex alia, et aboutat ad queminum domini regis, pro quaque dicta petia vinee ego predictus Ricardus et heredes mei tenemur et de cetero tenebimur in futurum in septem solidos turonensium annui redditus dicto magistro Hylario et heredibus suis annuatim ad festum Beati Michaelis persolvendos ; pro quibus septem solidis turonensium redditus, ego predictus Ricardus pro me et heredibus meis bona mea, spontanea voluntate obligo, volo et concedo dicto magistro Hylario et heredibus suis super predivisam vineam suam justiciam exercere et super totum meum hereditagium, quoque loco a modo fuerit inventum, tam ad campos quam ad villam, et maxime super meum masagium quo maneo, quod situm est in vico de Nemone, inter gardinum Baldoini Le Suor, ex una parte, et gardinum quod fuit Guillelmi Pantol, ex alia. Licebit insuper dicto magistro Hylario et heredibus suis super hec omnia predivisa loca suam justiciam, si necesse fuerit exercere, pro predictis septem solidis turonensium redditus, nisi ad predictum terminum persolventur. Et ut hoc ratum et firmiter teneatur in futuro, ego prefatus Ricardus Le Costur[ier] presentes litteras eidem magistro Hylario fieri feci sigilli mei munimine roboratas.

Actum anno Domini M° CC° octogesimo octavo, die festo post festum Sancti Hilarii.

Hiis testibus..... Le Lievre ; Terriaco de Oisello, clerico ; Martino Croquet ; Michaele Le Porquier ; Guillelmo Puissant, clerico, et pluribus aliis.